Reuchlin, Johannes ; Guarinus <Veronensis>: Vocabularius breviloquus / Joh. Reuchlin. [Enth.:] Ars diphthongandi / Guarinus Veronensis [u.a.]

[Straßburg: Georg <Husner>], 30. Sept. 1496





Guarinus Veronensis Floro suo sa-
lutem plurimā dicit.

NOn sine
causa factum esse cer-
to scio ꝙ dipthongā-
da vocabl'a scire te vel
le intelligo. quoniā eā
rem et ad orthogra-
phiam recte scribēdi
formulā pertinere: et nō paruū legēdi do-
cumentū ꝓstare posse cognoris. Qua q̇-
dem in re quid agam subdubito. Nam
nisi tuę morem voluntati: qui de me opti-
me merit⁹ es: gessero. ingratitudinis me
reū esse cōfitear: erit necesse. Quo crimi
ne nihil graui⁹ aut acerbi⁹ vel apud ꝑsas
puniri testis est Xenophon. Subinde
cum negligentia et vicio librariorū oēm
ferme dipthongorꝝ cōsuetudinem aboli
tam aut depravatā aspiciā. ita vt breuis
sępenumero sillabas vetustissimis codi-
cibus dipthongis notatas ꝯperiā. Vn̄
ipsarum rationem aut vsum aucuper vix
satis scio. Et eo magis ꝙ q̄ postulas di-
cto citius fieri festinantissim⁹ vrges. Ve
rum enimuero ne laborem potius fugis-
se me arguas: decreui. quantum vna tu
multuaria lucubratiōe potuero. ad te de
dipthongis colligere quę latine locutio
nis memoria suppeditarit. aut si q̇d pau
lulū gręce ex doctissimo ac impmis hūa
nissimo ꝓceptore meo Manuele chryso
lora degustaui. Et vt Ciceronis ꝓcepto
facilius de q̇ disputaꝛ possit intelligi ser-
monē a definitiōe ꝓficisci. satius esse ar-
bitror;

## Quid sit diphthongus.

Dipthong⁹ est duarū vocaliū cū singu-
le vocē suā seruēt. in eadē syllaba ꝯplexio
vt aes Nec ius. vas. q̄ dipthongos putā
dū erit cū nec i. nec u. suū seruare sonū cō
stet. Differt aūt a monopthōgo dipthō
gus. ꝙ hec duas hēe vocales. illa vnicam
dumtaxat cerniꝛ. vt Eoa. vbi tris mono
pthongos esse dephendis. Dicta idcir-
co dipthong⁹ ꝙ binis cōstare vocalibus
videaꝛ. Dis eīm gręci bis. et phtongon
sonū appellāt. Nā q̄ttuor fecere dipthō
gos. au. eu. ae. oe. Quidā ei. dipthongū
adijciūt. Verū gręcorꝝ eā esse dipthon-
gū manifestū est. q̇ cū plures habeāt di-
pthongos cęteris omissis q̄ nihil ꝓposi-
to ꝯducūt. aliq̄s attingā ex quib⁊ deriua
ri nostras liquet. cū in latinū vertiꝛ. aut
ꝑ dięresim. hoc est ꝑ syllabarū diuisionē
vtraqꝫ manēte lr̄a. in ai soluiꝛ. vt maia.
aiax. Aut sine dięresi in ae dipthongum
trāsit. vt pęan. palęstra. ęneas. in eu dip-
thongō latina cōuertiꝛ orō. vt eur⁹. the-
seus. aut in es. vt Achilles. vlysses. ꝑses
Aut in u. solā. vt fugio. in oe vt comędia
tragędia. vl' in oe vertim⁹. vt pęna. ꝛphę
nix. vel i u. vt punicęus. Dissoluiꝛ inter-
dū. vt troia. q̄ꝫ. aut ꝑ dięresim i a. ꝛ in u.
cōsonantē soluim⁹. vt nauis. Aut in au.
dipthongō. vt naufragiū. aula. austerus
Et vt ad nr̄as redeam⁹ ae. dipthongon
quidā passim ꝓtulerūt. vt syllę. galbę. a-
myntę. musę. Nonulli ꝑ secūda ei⁹ lr̄a. i.
e. more gręcorꝝ i. ꝓnūciauerūt. Qua ꝓpꝛ
Maro nr̄ antiquitatis amantissim⁹ au
lai ꝑ aulę. ꝛ pictai ꝑ pictę vestis suo inse
ruit carmini. vt. Aulai i medio libabāt
pocula bacchi. Diues equū. diues pictai
vestis et auri.

Singulares generādi ꝛ dandi casus et
plr'ales noiandi ꝛ vocādi in ꝑma declina
tione. dipthōgo finali vl' ae. notari certis
simū est. vt lyrę. Plurima q̄ꝫ deriuatorū
noīm i eus exeuntiū dipthonganꝛ. vt ea
potissime q̄ a vocalib⁊ in a. aut in e. ꝓdu
ctam exeūt. aut i ae. vt Verona. verone⁹
Mitilęna. mitilenęus. Athęne. athęne
us. Nūc cū nulla de au. ꝛ eu. extat ambi-
guitas. de ae. ꝛ oe. dicendū est. Et primo
de ae. seruato alphabeti ordine. cui q̄cun
qꝫ memoriā fugerint. tute addere q̄ legē
do cōpereris poteris.

## De dipthongo ae. in ꝑmis sillabis.

Ęacus ꝛ ab eo deriuata. vt ęacides.
Hęc cū cōpositis. ve heccine.
Ędes et ab eo nata. vt ędifico. ędepol. ę-
dituus. ędilitas. Ędus.
Ęge capra. ꝛ ab eo edita. vt Ęgis clipeus
palladis. ęgloga. ęgoceros. Capricorn⁹.
Ęger. ęgritudo. ęgrotus.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-33/0003
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG